



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

S. Naboris monasterium apud Lotaringos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

*demia Duacena Collegiū Marchianense, quod Arnoldus Gantoisius, Abbas Marchianensis, patrū memoriā à fundamentis exstruendum curauit, Obijt is an. 1582.*

## CAPVT XXI.

*S. Naboris monasterium apud Lotaringos.*

**E**st istud in eiusdem nominis præclaro apud Lotaringos oppido sitū, *Hilaricum* antiquitus, vel noua S. Hilarij cella, à primi oratorij conditore S. Fridelino Scoto, Hilarij discipulo sic dictum. Fundatum est autem & solerti studio constructum à *Sigisboldo* tricesimo sexto Mediomatricum vrbis Episcopo; dedicatumque in honorem D. Pauligentium Doctoris, anno Domini 714. Donatum est corpore S. Naboris martyris anno Domini 765. à *Crodegando* tricesimo septimo Metensis Ecclesiæ Antistite, qui Romam petens, à Paulo Pontifice tria obtinuit sanctorum Martyrum corpora, S. Gorgonij quod in Gorzia monasterio, S. Naboris, quod in noua hac cella, & S. Nazarij, quod in monasterio *Horsheim* venerabiliter condidit. Sic ferè Bruschius.

714.

765.

*S. Mauritiij Tholegiense monasterium, in Lotharingia, vt d. Treuerensi.*

**F**uit id antiquitus *Schola & Ecclesia Theologorum* dictum, prope S. Vvendelinum (quod oppidum Lotaringiæ est, à S. Vvendelino Scotorum Regis filio, ac Theologiensi

mona-